

Ernst Johann Friedrich Mantzel

**Programma, quo Rector Academiæ Rostochiensis Ern. Joh. Frid. Mantzel ... In
Ipso Paschali Gaudio, Ad Sacratissimam Meditationem Salvatoris Et
Redemptoris Nostri Jesu Christi, Sese A Mortuis Resuscitantis Et Sic
Resurgentis, ante quidem Videntis in Misericordia, Venientis in Miseria, Vincentis
in Dedeore, Deinde vero admiranda catastrophe Spolia opima in Triumphali
Gloria Reportantis, Universos Tribules & Consortes ... convocat**

Rostochii: typis Joh. Jac. Adleri, [1735?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1004018436>

Druck Freier  Zugang





T. 512.

1735. Ostern.

A-1256. 232.

0f. 1735.

PROGRAMMA,
quo
RECTOR
ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS
ERN. JOH. FRID. MANTZEL,
JVR. ET PHIL. DOCT. INSTIT. PROF. ORD. ET H.
FAC. JURID. DECANUS,
IN IPSO PASCHALI GAUDIO,
AD SACRATISSIMAM MÉDITATIONEM
SALVATORIS ET REDEM-
PTORIS NOSTRI
JESU CHRISTI,
SESE A MORTUIS RESUSCITANTIS ET
SIC RESURGENTIS,
ante quidem
VIDENTIS in Misericordia,
VENIENTIS in Miseria;
VINCENTIS in Dedeore,
Deinde vero admiranda catastrophe Spolia opima
in TRIUMPHALI GLORIA
REPORTANTIS,
Universos TRIBULES & CONSORTES
hujus Almae Matris VARNIACÆ
Quorumcunque ORDINUM
Omni Honoris & Amoris affectu colendos,
obnixe, uti decet & fas est, convocat.

ROSTOCHII, typis JOH. JAC. ADLERİ, SER. PRINC. & ACAD. Typogr.



M. 1256 232



*JESU CHRISTI Sepultura quies nostra
sit futura.
Ejus Resurrectio nostra sit Refectio.*

Salvatorem videndi cupidi Joh. XII. 23. Luc. XIX. 3.
VENITE ! VIDETE ! Joh. I. 39. Luc. XXIV. 39.
In eo VINCITE ! Jes. XLV. 24.
I. Cor. XV. 57.

CJulium Cæsarem, qui primus Reip. Rom. formam democraticam in monarchicam convertit, Heroa inclutissimum, Gentes Eoas, maxime vero Hesperas aliasque felicissime devincentem, quinques Triumphantem, Pontico triumpho, Pharnace domato, (de eius Patre Mithridate Cn. Pompejus eundem sibi sumferat hon rem) inter pompa fercula, ut dici solebant, trium verborum prætulisse titulum : VENI, VIDI, VICI non acta belli significantem, sicut in cæteris, sed celeriter confecti notam, Svetonius autor est. Quod Florus, ut alias, florido stilo & concita brevitatis

vitatis artificio pulchre utens , sic effert : *Pharnacem Casar obtrivit . . more fulminis , quod uno eodemque momento venit , percus- sit , abscessit*. Non fecus ac hic idem de L. Quintio Dictatore ab aratro refert : *Intra XV dies coeptum peractumque bellum Latinum , prorsus ut festinasse Dictator ad relictum opus videretur*. Non est , ut de isto Viro , Cæsare , ejusque rebus gestis , bellicæ virtutis præmiis , ac amplissimis gloriæ ornamenti copiose & abundantiter differam , cum ex Romanæ historiæ conditoribus cuilibet plus satis constet , in ipsum congestos esse invidiosos honores : Circa tem- plum imagines : in theatro distinctam radiis coronam , suggestum in curia : fastigium in domo : Mensem in cœlo : Regni pro rostris oblata insignia : Dictaturam perpetuam & Patris Patriæ nomen. Transcant haec cum ipso evanida & derubata tragicoque exitu fœde deturpatata. Faceant ista vilipendenda , quæ si ad hodie tractanda æqua lance exigantur , nihil sunt. Grandiloquus qui- dem Cicero , Dejotari Gallogreciæ Regis apologeta , huic Cæsari adulans , Cn Pompeji , inquit , bella , victorias , triumphos , Consulatus , admirantes numerabamus , tuos enumerare non possumus. Veruntamen potiori jure de multo majoribus effuso gaudio cani- tur hoc festo Jubilæo Ecclesiæ Christianæ , Honoribus a mortuis resurgentis hostium debellatoris , Salvatoris nostri JESU CHRI- STI dicato , in tabernaculis iustorum , ob dextram DEI exaltatam & vietricem , Ps. CXIX. 16. Retinemus illustris victoriæ symbola: VENI , VIDI , VICI. Ignoscatis vero Lectores candidi & cordati , me , cum in ordinem epinicii Juliani non juraverim , eundem pau- lo immutare , & lemma primum secundo anteverttere , ut tabula ferculi augustissimi sic appareat : VIDI , VENI , VICI. En plu- rima in paucissimis. Miratur *Vellejus Paterculus* , ore rotundo lo- quens , & multa breviter complectens , (L. 2. c. 7.) urbem Ro- manam tam mature *crevisse* , *floruisse* , *concidisse* , *resurrexisse* : Nos merito magis miramur , Golem nostrum brevi sua in terris visi- bili commemoratione & vite curriculo , in infantia *crevisse* , in officio *floruisse* , in morte *concidisse* , in Gloria triumphali *surrexisse*. Con- feramus etiam & miremur curtos aphorismos Paulinos I. Tim. III.

16. totam fere Christologiam docentes atque id tandem proponentes : *Susceptus in gloriam.* Præterlapsis hebdomadibus, præfertim nudiss tertius , in magna , ut vocant , Parasceve , tardigradi adj locum supplicii Golgothæum sub onere crucis & nostrorum peccatorum mole fatigentem Amorem & Amicum comirati sumus: Devexo vel obstipo capite & manantibus oculis crucifixioni ejus truulentissima adstitimus. Vidimus pentadem majorum vulnerum corpori ejus adverso , quod Heroum est , infectorum , quorum chasimata fontes nostros therapeyticos dixeris , de quibus quæsus responderet: *Sic casus sum in domo me amantium , Zach. XIII. 6. Perseverarunt manus meas pedesque meos Ps. XXII. 17.* Vidimus vibices in cruce pendentis , flagellorum dira indicia , sulcos ab aratoribus in tergo ipsius longe protractos *Ps. CXXIX. 3.* Imo vidimus capitis vulnera puneta serra spineo : Sic enim hunc Salomonem coronaverat mater ecclesia Judaica *Cantr. XI. 11.* Intuiti sumus Petram ex qua excisi , & os putei ex quo effossi sumus ut de Abrahamo & Sara dicta *Jes. LI. 1.* hic inferam De cathedra ferali perorantem intenti ora tenentes , audivimus : Penetranti exclamatione & lachrymis decedentis *Hebr. V. 7.* ut nostræ piacularis hostiæ Spectatores fuimus. Eousque pertigit nuper edita & promulgata Programmati lugubris Scriptio . Sic in ara crucis pendulum pectora tundentes mæsti reliquimus. Quid acutum postea ? Piis pollinctoribus , Josepho & Nicodemo corporis sanctissimi demendi eidemque justa solvendi potestas a Pilato concessa. Sic indistivum funus curatum : Sic marcida & exsanguia membra opobalsamo opipare delibuta , bysso involuta , contacombæ concredata : Lapis sepulchralis criminantium impudente postulatione custoditur , obsignatur : Mulierculas eminus splendidissimæ funeralis observatrices novimus. Matrem Domini etiam ad fuisse , scriptura tacente , ignoramus. Nec etiam , Codicis sacri calculo destituti , probamus picturas sive sculpturas *Mariæ* , ut vocant , *Dolorosa* . Filium a cruce demtum gremio suo excipientem &c. in altariis & alibi passim extantes , vid. omnino *Unschuld. Nachr. m. 1716. p. 921. sqq.* qualis etiam ex Papatu reliqua in nostra Marianæ

riana basiliica olim cernebatur & cernitur. Hæc , cum angusti pa-
gellæ cancelli pluribus pertexere præpediverint , jam quasi epi-
tome præfari libuit , decuit. Jam ad rem : VIDIT , ut ru-
brum hujus amicæ adhortationis præfert , Salvator atque Redem-
ptor noster meritissimus in *Misericordia* , super præsentissimam
eamque æternam miserrimorum mortalium internectionem. Xer-
xen aspectu sui fere innumeri exercitus , tandem sic (quod brevi
accidebat) interituri , ut ne ignifer vel nuncius quidem reliquus
maneret , intime commotum ferunt Historici atque lachryman-
tem , quod merito ad lachrymas heroum , *de quibus Schütziana*
disp. Lipsiensis hab. 1701. extat , refertur. Nec minus memora-
rabile est , Scipionem , Carthaginis , licet hostilis urbis , horrendo
incendio conflagrare atque deleta fatum funestissimum deplorasse.
Quid , quod Julius Cæsar hostis sui infensissimi , Generi utut , Pomi-
peji amputatum caput videns , id largifluo fletu prosecutus sit.
Sed hæc exempla ad intimam filii DEI , nostrum interitum *Viden-*
tis commiserationem nullatenus in censum veniunt. Is & angelus
Domini , Dominus ipse , qui ex rubo ardente cum Mose collo-
quens *Vidi* , inquit , *miseriam mei populi in Ægypto agnovi ejus ve-*
xationes . *Exod. III. 7.* Is est qui per Prophetam ait : *Viscera meæ*
commozentur super Ephraïmum , omnino miserebor ejus *Jes. XXXI. 20.*
Sic per misericordiae viscera DEI , *ā dge rotatō* loquendo , in-
visu nos oriens ex alto , *Luc. I. 78.* *Vidit* nos sanguinolentos &
dixit : *Vves imo vives* *Ezech. XVI. 6.* *Vidit* Hierosolymas lachry-
mans *Luc. XIX. 41.* Felices itaque nos misellos ter & amplius ,
quos ut antea maledictos & æternæ damnationi addicendos divina
elementia Christi obsidis adeo intente *respexit* ; Sic veniamus ad *vi-*
dentem in Misericordia. Ast quid profuisset ipsum sic nos vidisse &
non VENISSE ad nos miseros redimendos , & quidem in miseria ?
tam nostra miserandorum , quam ipsius miserescens ? Quid Israë-
litis inde solarii , si summum Numen ipsos sub jugo Pharaonis fa-
tiscentes *vidisset* tantum , nec duplicatis lateribus Moses , ut Libera-
tor minister , *venisset* ? Quid inde auxilii a latronibus prostrati quod
vidarint eundem Sacerdos & Levita & præterierint ? Samaritanus

¶ 3

& v-

& vidit & venit. Missus itaque est a DEO Patre Filius non ut Speculator nostrae calamitatis esset, sed ut opem ferret. Ante jaeta mundi fundamina in Consistorio SS. Triados determinatus erat modus reparationis generis humani. Legatur dulce melos Megalandri nostri prophetice & apostolice clementis in hymno illustri historice concepti: *Vnum freut euch lieben Christen Gemein.* O amœbæam consultationem, propositionem & votum, obedientemque concluso voce Psalmistæ XL. 8. 9. *Ecce venio, Voluntatem tuam mi Deus libentissime exequor.* Venit igitur quæsumus & salvatum deperdita *Luc. XIX. 10.* Venit ut vita & bona copia fruemeretur *Job. X. 11.* Venit ad servandum animas *Luc. IX. 56.* VENIT etiam ipse in propria miseria: Si nativitatem spelest, in mera pauperie, ut nos ditaret *2. Cor. IX. 9.* Si infantiam, exul & extorris factus; Si adolescentiam, en manus operarias Josepho præbentem: Si annos viriles, ubi quæso & locus quorsum caput inclinaret? En cymbam cathedram! Cujus erat, quæso, asina qua vehebatur die Palmarum? unde Stater ad solvendam capitulationis quotam? ubi hospitium ad comedendum agnum Paschalem? Tribus, recte sentiunt Patres qui totam Salvatoris vitam perpetuam appellant Passionem. Fiat recensio blasphemiarum, contumeliarum, insultationum & categoriarum a peccatoribus in ipsum effusarum, *Ebr. XII. 3.* Inspiciatur Historia Historiarum patientis pro nobis IESU, qui loco gaudii DEDECUS toleravit. v. 2. Sed in hoc dedecoris statu VICIT, hydræ infernalis caput, utut istum ejus sentiret, contudit, & omnibus feliciter peractis victoriæ descensu ad inferos magnifice demonstravit. Victor redit ab Edom rubicundus & candidus *vid.. Fechtio Habichhorstio - Grapina dissertationes* Theologos nostrates magnos semper fuisse comprobantes. Sic vicit Leo de tribu Juda *Apoc. V. 5.* & DEO sit laus a quo nobis vincere datum est per Dominum nostrum JESUM CHRISTUM, *I. Cor. XV. 55. 57.* mira sunt quidem paradoxa: Morte vitam parare: Succumbendo victorianam obtinere: Contumeliis gloriam acquirere: Dedecus honorificum pati; Sed oportebat ita sündem pati & sic in gloriam ingredi *Luc. XXIV. 26.* Factus est bdeley-

bdelygma & maledictio in ligno, & passus est scelestissimum illud phy! Verum *Dedecus desit in gloriam*; Fortior devicit fortem. Vercingetorix Galliæ Rex vietus phaleras & arma referente nitido Livii Epitomatore Libr. III. c. 10 ante Cæsaris genua projiciens. *Habes*, inquit, *fortem virum vir fortissime, VICISTI*. Quidni diabolus vietas manus & herbam porrigeret, postquam ejus opera sunt destructa i. Job. III. 8. Tribus: Heros & Herus noster vicit in dedecore, triumphum egit in gloria. Mortuus in cruce, humatus in sepulchro, glorioissime RESURREXIT; Sicque *spolia opima* (ita dicta arma & ornatus occumbenti Regi vel Imperatori detraeti, id quod ter fastum esse Romani annales testantur) repulit, dum exuit principatus *Coloff.* II. 15. & diabolum panoplia exutum *Luc. XI. 22.* catenis vincivit, ita ut frustra cum Gallogræcis & Thracibus carenas mortibus tentet. O præstantissimum triumphum nostri Regis, qui *Resurgens* toti ecclesiæ superatos hostes palam & coram ostendit *Coloff.* II. 15.

Hoc lætum Spectaculum oculis fidei & meditatione pia per diligenter lustrare quemlibet Christianum apprime decet. De *Guidone Patino Gallo* refertur ipsum libris intentum incitatum esse, ut tantillum temporis studiis detraheret, quo Legatos Polonos, magna pompa prætervehendos conspiceret, sed respondisse: Etsi Rex Salomon cum Regina Austri μετὰ πολλῆς φαντασίας præteriret, tamen ei spectator non assurerem, vid. *Acta Erud. Lips. an. 1684* p. 247. quæ si ne Stoica sordities plurimis, credo, displicebit, quia etiam Diogenis Cynicam rusticitatem sapit. cui nimirum, in sole se apricanti Alexandri M. adventantis umbra fuit molesta. Eant & abeant his similes, quibus incommodum videtur pia mente adesse Triumpho nostri Victoris se a mortuis resuscitantis, aucto de morte, inferno & diabolo. Nos vero Festo hoc Paschali præsentes simus avidi spectatores, attenii auditores & JESUM ob nostram justitiam vere resurrexisse credamus. Surgamus ab operibus mortuis ad serviendum viventi DEO. Evigilemus dormientes, ut Christus DEUS nos illuminet. Hoc est, ad quod cunctos & sin-

& singulos huic Academiæ addictos cujuscunque nominis, in primis ornatissimos *Dnn. Studiosos*, qui *indies magis nunc placent*, exceptis -- sed *parcam fama*, præsentibus lineis, urgente officio convocare volui. Valete, VIDENTI, VENIENTI, VINCENTI & TRIUMPHANTI Domino benedicentes Valete, & mihi, tertium Rectoratum paucis abhinc diebus ambabus deponenti, favete. Vos scilicet, quibus atra bilis non est. Vos qui DEUM reveremini; Nam quod ad alios, constat, insidias, gloriam DEI querenti, etiam ab iis qui amicorum larvam præ se ferunt, mihi strui; Sed transeant, GÖTTEs Huld und Gunst die muß man mir erlauben: Et die Sache und Ehre HERR
 JESU Christ, nicht meine sondern
 Deine ist:
 JUSTUS JEHOVAH JUDEX!

P. P. SUB SIGILLO RECTORALI,
Anno MDCCXXXV.
Fer. I. Paschatos.






Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1004018436/phys_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1004018436/phys_0011)

DFG

bdelygma & maledictio in ligno, & paslus est scelestissimum i phy! Verum *Dedecus desit in gloriam*; Fortior devicit fort Vercingetorix Galliae Rex vietus phaleras & arma referente ni Livii Epitomatore Libr. III. c. 10. ante Cæsaris genua projicie *Habes*, inquit, *fortem virum vir fortissime*, *VICISTI*. Quidni bolus vietas manus & herbam porrigeret, postquam ejus op sunt destructa 1. Job. III. 8. Tribus: Heros & Herus noster in dedecore, triumphum egit in gloria. Mortuus in cruce, matus in sepulchro, gloriissime RESURREXIT; Sicque si opima (ita dicta arma & ornatus occumbenti Regi vel Impera detraæti, id quod ter factum esse Romani annales testantur) re dum exuit principatus Coloss. II. 15. & diabolum panoplia exu Luc. XI. 22 catenis vincivit, ita ut frustra cum Gallogræci Thracibus catenæ morsibus tentet. O præstantissimum trium nostri Regis, qui *Resurgens* toti ecclesiæ superatos hostes pal coram ostendit Coloss. II. 15.

Hoc lætum Spectaculum oculis fidei & meditatione pia p ligenter lustrare quemlibet Christianum apprime decet. De done Patino Gallo refertur ipsum libris intentum incitatum esse tantillum temporis studiis detraheret, quo Legatos Polonus, gna pompa prætervehendos conficeret, sed respondisse: Etsi Salomon cum Regina Austri μετὰ πολὺς Φαντασίας præter tamen ei spectator non assurgerem, vid. Acta Erud. Lips an. I p. 247. que si ne Stoica sordities plurimis, credo, displicebit, etiam Diogenis Cynicam rusticitatem sapit cui nimurum, in se apricanti Alexandri M. adventantis umbra fuit molesta. & abeant his similes, quibus incommodum videtur pia m adesse Triumpho nostri Victoris se a mortuis resuscita acto de morte, inferno & diabolo. Nos vero Festo hoc Pa præsentes simus avidi spectatores, attenti auditores & JESUM o stram justitiam vere resurrexisse credamus. Surgamus ab o bus mortuis ad serviendum viventi DEO. Evigilemus dor tes, ut Christus DEUS nos illuminet. Hoc est, ad quod cur



the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No. 011